Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Disputatio theologica De Relapsv erectorvm

Schmidt, Sebastian
Michael, Johann Martin

Argentorati, 1676

Ad pereximium Dn. respondentem, amicum dilectum

urn:nbn:de:bsz:31-130718

Visual Library

Ad pereximium Dn. Reſpondentem, Amicum dilectum.

PRimus homo rectus *ſteterat, rectumve Creator*
Condiderat DOMINUS. Lapſus *ut ille fuit.*
Erigit hunc lapſum mera Gratia, ſuntque fideles
Erecti à DOMINO, ſtantque potente manu.
Quis neget, erectos *poſt lapſum, poſſe* relabi?
Qui ſteterat rectus lapſus & ille fuit.
TE DEUS erexit, clementia diva relapſum
Hactenus avertit, firma viget ſtatio.
Cuſtodi quod habes, ut ſtes erectus ubique,
In cathedra, in Templo, Judicioque DEI.

Scr.
Iſaacus Fauſtius, D.
fac. Th. h. t. Decanus.

Præcellenti Dn. RESPONDENTI meo, Amico dilecto.

TE Tua commendat nobis induſtria magna;
commendat pietas Te Tua vera ſimul.
Te commendabunt aliis etiam utraque poſthac,
qui Tua cognoſcent intimiora probè.
Sicut namque hoc Te feciſti tempore dignum,
quem Profeſſorum proſequeretur amor:
Sic dignum facies Te ſemper, ubique, quibusvis,
In Te ut propenſi ſint, faveantque Tibi.
Hoc mihi promitto de Te conſtanter, Amice;
ut verò fiat, det Tibi Jova, rogo.

Benevol. teſt. f.
Exercitij
Præſes.